Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



eras. Et ille negauit coram omnib dicens. Nescio qd dicis. Exeunte
autem illo ianua uidit eum alia ancilla et ait his qui erant ibi. Et hic
erat cum iesu nazareno. Et iterum negauit cum iuramento quia non noui
hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant et dixerunt petro.
Vere et tu ex illis es. Nam et loquela tua manifestum te facit. Tunc
cepit detestari et iurare quia non nouisset hominem. Et continuo gallus
cantauit. Et recordatus est petrus uerbi iesu qd dixerat ei priusquam
gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare.
Mane autem facto consilium inierunt omnes principes sacerdotum et seniores
populi aduersus iesum ut eum morti traderent. Et uinctum adduxerunt
eum et tradiderunt pontio pylato presidi. Tunc uidens iudas qui eum
tradidit qd dampnatus esset penitentia ductus retulit triginta argen
teos principibus sacerdotum et seniorib dicens. Peccaui tradens san
guinem iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos. Tu uideris. Et proiec
tis argenteis in templo recessit et abiens laqueo se suspendit. Prin
cipes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt. Non licet eos
mittere in corbanan quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito emer
unt ex illis agrum figuli in sepulturam pegrinorum. Propter hoc uocatus est
ager ille achelidemach hoc est ager sanguinis usque hodiernum die. Tunc
impletum est qd dictum est per heremiam prophetam dicentem. Et acceperunt triginta
argenteos pretium appreciati quem appreciauerunt a filiis israel et dederunt eos
in agrum figuli sicut constituit mihi dns. Iesus autem stetit ante presidem et
interrogauit eum pses dicens. Tu es rex iudeorum. Dixit ei iesus. Tu di
cis. Et cum accusaretur a principib sacerdotum et seniorib nihil respo
dit. Tunc dixit illi pylatus. Non audis quanta aduersum te dicunt
testimonia. Et non responsum est ei ad ullum uerbum ita ut mirarentur pses
uehementer. Per diem autem solempnem consueuerat pses dimittere populo
unum uinctum quem uoluissent. Habebat autem tunc uinctum insignem qui
dicebatur barrabas. Congregatis ergo illis dixit pylatus. Quem uultis
dimittam uobis barraban an iesum qui dicitur xpm. Sciebat enim qd per
uidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali misit ad illum